



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De viro qui sine vxoris permissu monasticam vitam susceperit. xlviii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

De viro qui sine vxoris permisso monasticam vitam suscepit. Cap. XLVIII.

A Gathosa latrrix praesentium, questa est maritum suum Ex reg. contra voluntatem suam in monasterio urbici abba- Greg. ad tis esse conuersum. Quod quia ad eiusdem abbatis cul- Adrium pam & inuidiam non est dubium pertinere, experientia notarii, tuae praeceperimus, ut diligent inquisitione discretiat, [ne cap. 80.] forte cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, & illum in monasterio permanere prouideat, & hanc sicut promisit mutare compellat. Si vero nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen propter quod viro licet vxorem relinquere, prædictam mulierem commississe cognoveris, ne illius conuer- sio vxori reliqua in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus ut maritum suum illi vel si iam tonsuratus est red- das, omni excusatione cessante. Nam si excepta fornicationis causa virum vxorem relinquere nulla ratione con- ceditur, quia postquam copulatione coniugij viri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest ex parte conuer- ti, & ex parte in seculo manere.

De regina Thietbirga, quæ causa religionis à regia dignitate discedre voluerat. Cap. XLIX.

Scripsit nobis Thietbirga regina, regia se velle di- Ex epist. Sguitate seu copula exui, & solam priuata vita esse con Nicolai tentam desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter papæ ad fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit. It post pauca: De retroacta cōtrouerſia Thietbirga nō regem. debet ulterius ad iteratam responsionē promoueri. Quod qui bene semel definitum est, & interpositis iuramenti de- leberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis ubi fuerit maior autoritas, retractari.

De Lothario rege, qui vxorem suam incustodia de- tinebat. Caput L.

V Erum sicut multorum relatu didicimus, Lotharius Itē eius- rex conuentum celebrare disponit, & Thietbirgam dem. reginam examini proprio & iudicio subiicere meditatur. Et si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eā penitus à se sequestrare. Sin autē, vult eam tanquam propriam vxorem Z ivii